

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Dan. Stalii Regulae Philosophicae explicatae & Orationes aliquot**

**Stahl, Daniel**

**Jenae, 1662**

Regula II. Optimum est instrumentum, quod non multus usibus, sed universit

**urn:nbn:de:bsz:31-102400**

## REGULA II.

*Optimum est instrumentum, quod non multis usibus, sed uni inservit.*

## REGULA III.

*Potius est instrumentum, quod ad plura utile est, quam quod ad pauciora.*

I. Desumpta prior est ex I. Pol. c. II. ubi docet Aristoteles, foeminam & servum naturam esse distincta, eaque de causa notat morem barbarorum, qui mulieres loco servorum habebant.

II. Argumentum ejus hoc est: *Femina est natura est generatio sobolis. Vel: Femina est natura procreatorum liberorum instrumentum. E. ad opera servilia non nisi praeter naturam abjicitur.* Quam consequentiam probat, quia nihil naturae sacrae, quale fabri ferrarii Delphicum gladium ex inopia, (ut vertunt Ludovicus, Cœf. Rhodiginus, & Giphanius; alii: ob paupertatem, Lambinus parca, tenuiter, anguste) sed unum ad unum. Sic enim optime perficiuntur singula organa non pluribus operibus; sed uni deservientia. Græca hæc sunt: *Φύσις μὲν ἐν διαίρεισσι τῶν ἡλῶ καὶ τῶν δέλων. εἰδὲν γὰρ ἡ φύσις ποιεῖ τὰ αὐτῶν, οἷον χαλκὸς τοπι δελφικὴν μάχαιραν πενιχρῶς, ἀλλ' ἐν πρὸς ἓν. ἔτω γὰρ ἀνδρῶν τοιτο κάλλιστα τῶν ὀργάνων ἕκαστον, μὴ πολλοῖς ἔργοις, ἀλλ' ἐνὶ δελεῦσιν.*

III.